MEMORIALE

Ad Amplissimos Regni POLONIÆ & M. D. Lithvaniæ

STATUS.

NOn revoco hîc ad calamum eorum Nomina quorum memoriam, circa zelum & fervorem Religionis ac Libertatis, perennis celebrabit Fama, in Se-

A re-

reniſsimo AVGVSTO III. Cui, obſervatæ in Populo Electore leges, rigoroſiſsimam Electionem Liberè concernentes; prædominia parium non admiſsa; ſalus periclitantis *Liberi veto* ſervata, Regiam viam apparârunt ad Thronum. Vel maximè, propitiô Cælorum Numine, rebus Poloniæ ſic labentibus, conſtitutam pro *Antemurali Chriſtianitatis* (Poloniam intelligo) Seren: Domum Saxonicam ideo aſſurrexiſſe, ut in AVGVSTO III. ter Beata præſentibus in malis appareret.

Nec etiam Cives, in rebus agendis, nobiſcum diſſonos & diſſormes, per hoc Memoriale monitos volo. Adeſt etenim ſatis ſenſibile unicuiq; monitum, ruina fortunæ & ſubſtantiæ. Agnoſcunt benè cauſam malorum ex effectu, intelligere attamen nolunt, quæ nos undiq; premunt, per improvida &

pro-

propera illorum consilia: quibus in tanta discrimina adductam Patriam ingemimus miseri! quasi ultima illius, jam fortunæ alea jactaretur. Respiciant proinde maturè præsentia; futuraq; per disunionem animorum, & ulteriorem renitentiam à debito homagio & recognitione Serenissimi AVGVSTI III. providè recolligant mala, necesse.

Itaq;: quod me ad refricandam memoriam Civium, perhoc Memoriale impulit, est illud dogmaticum Sectariorum Stanislai dictum (quod proh! dolor! etiam hìc inter nonnullos, cum dolore animi sentio & audio) *czaſtka iedna garść tylko Szláchty &c.* Quo, adversa pars, DEI & sui oblita, Patriæ immemor & publicæ salutis, ad infascinandos ultra Cives, & oppugnandam liberam Electionem Serenissimi

AVGVSTI III. temerè utitur. Quasi ideo non foret legalis, quòd non à pleno numero Electorum Reipublicæ sit expedita. Contra quod, antequam respondeam.

Notandum: ad valorem liberæ Electionis Regum Poloniarum, necessariò & essentialiter requiri duo, tanquam media indispensabilia à lege præscripta & sancita, nimirum: *Rex Catholicus esto. Rex liberis suffragiis eligatur.* Hoc suppositô.

Dico: Electionem Serenissimi AVGVSTI III. non in pleno numero (ob scissam in diversa ferrô & aurô Rempublicam) Electorum, à potiori tamen parte, penes jura Cardinalia & essentialia, sine restricta libertate, sine strepitu & contradictione, unanimi consensu omnium, unô labiô veluti impetu quodam, non sine impulsu Cæ-

litum, peractam esse, nemo est qui ambigat. Illam tamen sic factam, illicitam esse? contrarium probo sic:

Electio Stanislai facta est in pleniori numero Electorũ, cum oppressione *liberi veto* & libertatis, contra tot millium Reclamantium & Protestantium voces, de nullitate Electionis & libero veto oppresso &c.

Electio Serenissimi AVGVSTI III. inæquali quidem numerô, perfectissimâ tamen æq; ac numerosissimâ Populi Electoris frequentiâ, in plena libertate & activitate vetandi & votandi pro eo vel illo Rege, nemine contradicente, unanimi consensu omnium, juxta legum præscripta & Ordinationem Reipublicæ * expedita. Hoc præmissô.

Ita tecum (præ suppositô pro primo,

* *Vide de hoc projectum, sub tit:* Fides indubitata ad Kamionam probata, &c.

mo, quo ad utramq; partem: (*Rex Catholicus esto*) argumentor amice: Electio Regum Poloniarum, vel consistit in libera voce vetandi & votandi pro eo vel illo Rege? vel in multitudine Populi Electoris, non observatô & præcisô liberô vetô? si primũ? habemus intentum, & in Electione Serenissimi AVGVSTI III. sacrosanctè ab omnibus observatum. Si secundum? videmus contrarium ex prænotato superiùs allato: *Rex liberis suffragiis eligatur.* Libera verò suffragia ibi esse non possunt, ubi contrarium *veto* locum non habet.

Ergo: quo Iure & titulô temerariam & inconsultam proclamationem Stanislai *Leßczynski*, prætendis validam esse Electionem? ideoné? quia in multitudine & confusione votorum, suffocatô liberô vetô; & oppressâ tot millium Protestantium voce; præhabitô

Pa-

Parium dominiô, proclamatus? Hæccine libera Electio? quæ mediis violentis, terriculamentis, & vi mortis, absolute pro eo & non alio, sub doloso Nomine Piasti, Civium extorquet vota?

Itané liberum Regum Poloniarum petitur Diadema? quod à sola libera pendet voce, & non à pluralitate personarum, interveniente etiam minimi Nobilis contradictione.

Quod ut authenticè & legaliter probem, sic & non aliter esse, Te Civem perditum, Patriæ immemorem & libertatis, per hoc Memoriale recolligo cum Fredro ad Historiam HENRICI I. ex Constitutionibus Regni compilatam, pag: 80. Quem Hartknoch citat lib: 2. cap: 1. de Elect: Reg: Polon: fol: 298. circa finem, his verbis: *Ut vel minimo Nobili dissentiente*

ente

ente, caeterorum omnium & Senatorum & nobilium suffragia pro electione hujus vel illius Regis lata, de jure sint nulla.

En expressam antiquitate legem! Serenissimi AVGVSTI III. Electioni, per omnia militantem. En monumentum Veritatis & Libertatis Polonae! contra Eversores legum & Oppressores *liberi veto*, alté Civium cordibus, verè Patriae amantium, ad Kamionam * Digitô Dexterae DEI inaratum; dum nemine contradicente, unanimi consensu omnium, ad amussim legum & Constitutionum Generalis Convocationis Varsaviensis de eligendo futuro Rege art: *14.* fol:3. sancitarum, Serenissimus AVGVSTVS III. in Regem Poloniarum proclamatus.

A inaczey na żadnego Pana niemamy

* *Campus Electoralis* Seren: *AVGVSTI III,*

my pozwolić; iedno ktoregobyśmy przez wolne Suffragia, nemine contradicente zgodnie obrali. *

Vnde facilè colligere est, si unus opponens annihilat omnia Electorum vota, quid si decem? si centum? si mille? certè robustiùs invalidant.

Et hoc est primitivum & Cardinale jus verè liberæ & legitimæ Electionis Regum Poloniarum. Quod si observatur? Legálem nominationem vocamus, si infringitur? in toto actus Electoralis pro nullo & invalido habetur.

Frustra itaq; adversarii nostri recurrunt ad pluralitatem, quæ nec vestigium juris, nec fundamentum in lege habet, utpote ex natura sua repugnans, & præjudiciosa libertati, ut consideranti patet. Ergo non numerus Electorum, sed concordia votorum, constituit &

* *Vide Grał: Conv: Varsav:*

firmat Reges in Polonia.

Proinde non de numero, ſed de unione Populi Electoris, in qua præcisè Reges Polonorum legitimantur, inquirendum eſt. De qua nullus ambigat, ſed omnes approbent, neceſſe: adverſa autem pars, ore & corde contritô confiteatur; illis gradibus ſtetiſſe in Majeſtate Sereniſsimum AVGVSTVM III. quos exporrexit & Lex Polona, & grata Civium erga AVGVSTVM II. recognitio.

Non ſub armis Ruſſorum: (ut à ſeditioſis obijcitur) quorum cura circa Electionis negotium, eò ſe extendit, ut liberis inclytæ hujus Nationis Polonæ ſuffragijs, REX quicunq; ille ſit eligeretur. A quo nec Reipublicæ Conſtitutionibus ac libertati periculum, nec Vicinis excitandarum turbarum metus immineret.

Quod

Quod ſi dicas: Quid cauſæ eſt? cur tantopere noſtræ ſeſe immiſceant Electioni, utpotè independenti & alienæ à conſilijs Exterorum?

℟. Complura eaq; ſummi momenti, hujus rei eſſe motiva: inter quæ

1mum. Proſcriptio Staniſlai *Leßczynſki*, facta per integram Rempublicam ſub *GUARANTIA* Rufsiæ.

2dum. Contradictiones Maximorũ in Republica Virorum, illegitimæ & imperioſæ Electioni Staniſlai, ſeſe jure opponentium. Quibus, non modò ſuadent, sed extremè efflagitant quies & ſalus Chriſtiani Orbis, conſilia juxta ac operam jungere.

3tium. Continua publicæ, inter Principes vicinos, tranquillitatis perturbatio, ſi Staniſlaus Polonæ Reipublicæ præeſſet.

En ratio Statûs, juſtitiæ & Reipu-

bli cæ defendendæ per omnia accommoda! ne quidquam liberæ Electioni, & juri Reipublicæ competenti, per factiones Civium, & veterum Stanislai Asseclarum detraheretur.

En vis & robur ad confundendos hostes Patriæ! ad promovendum Bonum Publicum, & ad firmandam Civium motibus labefactatam, diu desideratam pacem, GVARANTIA Serenissimæ Imperatricis Russiæ, olim sub Serenissimo immortalis memoriæ Authoratore Russiæ PETRO I. facta, & per solennes Tractatus toti Orbi nota.

En clarissimum documentum! fæderis, Amicitiæ, & Benevolentiæ, Serenissimæ Imperatricis Russiæ, erga Patriam & Libertatem nostram, Quam, per temerariam proclamationem Stanislai violatam; & liberæ Gentis jura,

con-

contra quoscunq; adversariorum conatus, viribus sibi à DEO concessis propugnare est parata.

Quod si forsan quereris contra Ejus copias, ad defensionem Tui & Libertatis Patriæ, in Poloniam destinatas; ad persequendum intra viscera Regni, suum & Reipublicæ Hostem? in Te verte manum: qui posthabitô salutari monitoriô Declarationū, à Seren: Authoratrice Russiæ, toties per Ministrum suum Ablegatum, Interregi & Primoribus Regni propositarum, classicum intonuisti ad *WOLAM* * arma movisti, & bellô Poloniam involvisti & Europam.

Si dicas: Declarationes à Serenis: Imperatrice Russiæ ad Rempubl: factas, fuisse libertati injuriosas, utpote exclusionem Stanislai afferentes.

℞. minimè: cum enim Seren: Au-

* *Campus Elector. ad Varsaviam.*

thoratricem Russiæ, eò intendisse videmus curam & operam suam, ne quidquā liberæ Electioni & juri Reipub: detraheretur. Cōstat has Declarationes ordinatissimè ad *Exclusionem Sendomiriensem* factas, libertati non esse injuriosas, imò Patriæ & integritati legū perquam Salutares, ut consideranti meliùs patebit &c.

2dò. Demonstratur authenticè ex Volumine Legum tom. 2. fol: *686*. hanc exclusionem Candidatorum, sine prejudicio & Legis & Libertatis, jam locum habuisse in Polonia, post HENRICVM VALESIVM. Vbi Imperator Turcarum per Emissarium suum ad Rempublicam delegatum, Generaliter omnes ex Augustissima Domo Austriaca Competitores, nominatim *ERNESTVM* & *Ferdinandum* ArchiDuces Austriæ exclusit à Corona. Quo factô, videmus nihilominus, stante etiam hac

exclu-

exclusione (DEI Gratiâ) Seren: Rempub: Polonam, eâ gaudere libertate, qua & ante. Cur ergo modò per præsentem Exclusionem Stanislai, ob gravissimas & justissimas Rationes factam; sic lege jubente, & fide *Guarantorum* obligante, deberet succumbere (ut tu urges) in libertate? non video rationem, nec juris vestigium.

Vnde injustissimas, ac merè fictitias, illorum esse oppositiones & querelas, quis non videt? quorum curâ & studiô, charissima Patria, tot malorum turbinibus agitata, tot anfractibus periculorum undiq; circumdata, gemit sub milite exotico; sub Polono languet, & ne sub utroq; simul pereat! Attendite Vobis & universo gregi.

Itaq;: sinite ultra in diversa studia discerpere Cives! Patriam dilacerare discordijs, dissensionibus calamitatem

plùs

plùs alere ſinite! & unum nobiſcum ſub Secundiſsimis Auſpiciis Sereniſsimi AVGVSTI III. ſentite, agite, & æmulamini meliora chariſmata / pro ſalute Patriæ & Veſtra. Pro cujus integritate, illicò in primordiis feliciſsimi ſui Regiminis, ſine faſtidio rerum, ita Paternas impendit curas, ut benè ſit Patriæ & Nobis. Nihil quidquam magis curæ cordiq; habere, præter Bonum commune & Pacis.

Cujus rei clariſsimum adeſt teſtimonium Optimi Principis, verè Patris Patriæ, indefeſſus labor, circa Bonum Publicum promovendum, cura, ſcirca pacem ab intra & ab extra colendã. Sollicitudo, circa Cives conciliandos amore & Bonitate Paternâ. Qua ne abutamini Fratres! conſulite Vobis, proſpicite Patriæ. De quo Vos monitos per hoc Memoriale cupiens haberi, Ipſe debitũ ho-

magi-

magium Sereniſſ: AVGVSTO III. Domino meo Clementiſsimo feſtivô exhibeo metrô.

Eja! triumphales reſonet pro munere laudes
Aurea Libertas, pace triumphet ovans.
Tertius AVGVSTVS *Felix ſuccede* Secundo,
Dextera nam Sċeptrô dignior eſse nequit.
Patria quid quereris? defunctô Rege Beatô,
Patris IMAGO *addeſt* REX, *Pater Ipſe Tibi.*
AVSTRIA ſe nobis in PRINCIPE jungit amica,
Omina quàm ſummæ proſperitatis erunt.
Propugnando Bonos; acies vincendo malorum,
ENSES *nam binos? bina Trophæa manent.*
Vive PATER Patriæ, multos feliciter annos,
Fac Titulos Titulis, accumulare novis:
Me ſimul AVGVSTO *foveas ſub pectore ſervum?*
Supplicat hoc ſcriptum: REX memor eſto mei.